

## Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 190

Haec carta indicat qualiter exivit Conuuoion abbas ad domum Roiantdreh, in plebe Maelcat, postulans ab ea ut donaret ei in sua elemosina omne debitum quod debeat accipere ex hereditate Rituueten, presbyteri, in plebe Motoriac; et ipsa Roiantdreh, propria voluntate, donavit omne debitum et annonam et argentum et opera et quicquid debeat accipere. Conuuoiono monacho et suis fratribus, in elemosina pro anima sua et pro regno Dei. Signum Roiantdreh, que donavit et firmare rogavit; x. Euue, filii sui; Conbrit, matri sui; x. Maelhoiarn, presbyter. Factum est hoc in die sabbato, .VIII. kal. maii. Deinceps transmisit ipsa Roeiantdreh presbyterum suum nomine Roentuuoret, cum clerico, Conuuoioni, ad aecclesiam Motoriac, ut istam elemosinam manifestaret omnibus hominibus manentibus in plebe Motoriac; quod ita et fecit, in die dominico, .VI. nonas maii, coram his omnibus qui audierunt, dicente presbytero Roenuuoreto quod donasset Roiantdreh quicquid debeat accipere ex hereditate Riduueten, in elemosina, monachis. Roentuuoret, presbyter, testis; Tanetmarcoc, presbyter, testis; Odolcrip, presbyter, testis; Morcant, testis; Loiesuuotan, testis; Iudher, testis; Roiantuuoion, testis; Risuueten, testis; Iudon, testis; Missus, testis; Riethoc, testis; Driuinet, testis; Lioeccourant, testis; Rihouuen, decanus, testis; Hirduuallon, testis; Tethion, clericus, testis, scripsit.